

Letare

Feria quarta post Pentecostem

do. Scdm ibi facere volutatez tuā in die sancto meo. Si auerteris tacere voluntatē tuam .s. ne pecces in die sancto meo. qz volūtas incliat ad malū r ad peccatū qd maxime fit i die festo. qm sunt mlti q p totam hebdomodā sunt occupati. r viuūt bñ r sine peccato. sed in die festo qdam vadūt ad ludum peccare. qdam ad tabnam. qdam ad lupanar. r tñ minus peccarēt arando agrū. Idem de mleribus q infra ebdomodā curant de domo. de familia. de filijs. r sic de alijs. sed in die festo tūc peccāt ornādo se rē. Tertiusz ibi. Et vocaueris sabbatū delicatuz r sanctum domi glōsum. Non em̄ sufficit abstinere se a labore r a peccatis. sed dz diem festū sanctificare. scz ad ecclām venire. missam r smonez audire orare rē. Quartū est glorificaueris eū dum nō facis vias tuas. i. opa tua fm officiū qd habes. Si es sutor nō facias sotulares. Quintū ibi. et non loqris smonem rē. qd dupliciē intelligitur. Primo qz nullus dz loqui in ecclā dū sit officiū. Ideo est bonū suere os in ingressu ecclē. Etiam mleres que de tota hebdomoda se nō vidēt. qñ pueniunt tunc in ecclā se interrogāt. Quō vale tis. qd facitis? Itē de veste vel pāno rē. vñ melius esset dormire in domo. Scdo intelligi ne loqris smonem tuū. s. iudicando primū. Sunt multi q in die festo nesciūt se occupare in opibz spūalibus post prandiū. s. stant in porta aut sedent iudicando r obloquēdo de trāseuntibz de religiosis. de clericis. de mleribus dicēdo. Itaz cognoscit in pede qualis est mlier ista. De his dicit dauid. Aduersum me loqbanē q sedebant in porta. Sed pnt qre illi q puant bñ festa qd sint habituri? Rñdet ppheta. Tūc delectaber sup dño. qz qui bñ custodit festa viuūt lete. r sustollam te rē. Idando vitam eternaz. r cibabo te hereditate iacob dando bona tpalia. Quartuz crimen fuit falsitatis dicēdo q nō es rex messi as. r q ipse false faciebat se regē messiā Job. viij. Quidam dicebāt q bonus est. qz pdicabat bōa. Alij nō. sed seducit turbas cū sua eloquētia. Cū cum xps se excusabat de tertio crimine. quidaz dicebāt ad inuicē. Nunqd iste est quez iudei volunt occidere? ecce palaz loquit. r nihil ei dicūt. Nunqd vō cognouerūt pncipes. qz hic est xps. Sed scimus hūc vñ sit. xps aut cū venerit. nō scit vnde sit. Xps aut excusando se clamauit di cēs. Et me scitis r vñ sim scitis. r a me ipso nō veni. sed est verus q misit me que vos nescitis. sed ego scio eū. Et si dixero nescio eū. ero simil vob mendax. r ego scio euz. qz ab ipso sum. r ipse me misit. Querebant ḡ ipm comp̄hendere. r nemo misit in illū manus. qz nondū venerat hora ei. Nota. me scicis. s. inq̄tum hō. qz inq̄tū homo sciebāt vnde erat. qz de bethleem natus. r maī eius Maria. Sed inq̄tum de nesciebāt vnde esset. r hec vba di. De turba multi crediderūt i

eum. non de maioribus. sed de simplicibus. Moraliter quādo dz qz de turba mlti crediderunt in eum. Diceret aliqs r nunquid maiores erant aptiores ex scia acquisita vt crederēt i cristum. Responso. qdam illuminant. a sole. qdā non illuminant. qz tenēt fenestras clausas. Sic quādo maiores sunt in deuoti tenēt portaz clausam. Ideo radius diuine gratie nō intrat. quia inflant ex sciētia. Vnde. s. ad Thors. viij. Sciētia inflat. Sed simplices q sine p̄sumptione audiunt vbum dei. tenent portam intellectus aperta sunt aptiores ad illuminatōnem. Ideo radius diuine gratie intrat in eos r illuminat eos. Ideo christus dicit Job. ix. In iudiciuz ego in hunc mundū veni vt qui non vident videāt. et qui vident ceci fiāt. Cui dixerunt pharisei. Nūquid r nos ceci sumus? Dixit iesus. Si ceci essetis peccatum nō haberetis. nunc vō quia dicitis videmus. peccatū vestrum manet. Nota nō videntes. s. ignorantēs r simplices videāt. et qui vident. s. p̄ intellectum naturalem r sciētiā acquisitam ceci fiāt. Oremus ergo nos deum vt talem credulitatem nobis concedat p̄ quam ad regnū celozū possumus puenire. Amen.

Feria q̄ta post Letare. Sermo.

Procidentes adorant eum.

Procidēs adorant eum. Job. ix. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno. quod continet vnum magnum r pulchrū miraculum quod fecit christus de illuminatōne cuiusdam ceci a natiuitate. Sed primo salutetur vgo maria rē. Totum sanctum euangelium consistit in tribus punctis.

Primus est opatio miraculosa.

Scdus est impugnatio malicioza.

Tertius est approbatio gratiosa.

Et de isto tertio qñ cecus a xpo illuminatus approbavit miraculum adorādo xpm. dicit thema. Procidentes adorant eum. Ecce approbatio gratiosa. Primum quod ostendit in sc̄to euangelio est opatio miraculosa. de qua dicit euangelium. Preteritēs iesus. s. exiens de templo vidit hominē cecum a natiuitate. qui stabat ibi mēdicans r cognoscebat ab omnibus. quem christus vidit. Glo. Chrysostomi. attente respexit. Ex cuius respectu apostoli sumpserunt occasionez r motiū interrogandi xpm dicentes. Rabbi. quis peccauit. hic aut parentes eius vt cecus nasceretur? Non querebāt an illa pena veniret ex peccato. quia hoc supponebant. sed querebāt p̄ quo peccato. videt qz apostoli essent de opinione amicorum Job. qui dicebant q omnia mala r infirmitates eueniūt homi ex peccatis. cuius oppositum dicebat Job. Nō peccauī r in amaritudinibz moratur oculus me. Job. xvij. Xps volens aplos extrahere de illa opinioe respon-

Sermo

dit di. Neq; h peccauit neq; pntes ei? s vt ma-
nifestent opa dei in illo. **N**o q xpus non negat
simplr quin filij aliqn patiant ex pctis parētuz
maxime in corpe qd habent a pentibus. imo di-
cit. b. **H**iero. q peccata secreta parentū q cōmit-
tunt in cameris manifestāt mltoriēs in punitio-
bus filiorū. **E**xo. xx. **E**go sum dñs de? tuus for-
tis et zelotes visitans iniquitatem patrū in filios i-
teritiam et qrtam generatōz. **I**te **E**sa. xiiij. **P**re-
pate filios eius occisioni i iniquitate patrum eorū
Eze. xvij. **F**ilius nō portabit iniquitatem patris
et h qrtum ad aiā. s bñ qrtum ad corpus. quia
deus nūq; punit aiā filij directe ex peccato pa-
tris tm. **U**n dicit ibidem. **E**cce omēs aime mee
sunt. vt aiā patris ita aiā filij mea est. **A**iā q
peccauerit ipā moriet. **E**ze. xvij. **S**i iste cec? nō
ex peccato parentū nec suis cecus nat? est. s vt
manifestent opa dei in illo. **N**o opa in plali nu-
mero. **N**am qñ infans innocēs patif. quattuor
opa dei manifestant. **P**rio manifestat opus iu-
sticie. **D**icut doctores theologie q pmi pntes
fuerunt formati in iusticia originali. et licet cor-
pus sit passibile naturalr. tm deus dederat istaz
grām ade q qdiu ipse fuisset obediēs deo et cor-
pus etiam obediēt aie. et q corpus nō pateret
aliqd malum. **S**ed qz adā fuit inobediēs deo p-
pter hoc corpus pdidit grām. et remansit in sua
miseria et passibilitate. **Q**ñ g videtis infantem
aliqd malum patientē. ibi manifestat diuina iu-
sticia. qz ex peccato ade corpa patiūt iuste. **I**o
dauid. **E**t iusticia eius in filios filiorū rē. **I**o in
isto ceco fuit defectus alicui? pncipiū nature. vt
opus diuine iusticie in ipō manifestaret. **S**cdo
in infante patiente manifestat opus diuine mi-
sericordie. qz vitat peccata. vñ qdiu h cecus ca-
ruit visu multa peccata vitauit q cōmittūt ocul?
et erat humil? et merebat ex patia. **I**o abacuc. iij
Cum iratus fueris misericōdie recordaber? **T**ertio
manifestat opus pnie. qz qñ peccator videt q il-
le q est innocens patif dicit intra se. **M**iser qd
erit deme. **Q**uarto manifestat opus grē dei qñ
deus vult illum curare miraculose. sicut christ?
curauit hunc cecum miraculose. **I**deo dixit.
No oportet opari opa eius q misit me dōec di-
es est. **H**ic xpus vocat suam pntiā solem q facit
diem clarā. et suam absentia p mortē corpalem
vocat noctē. **D**icit glo. me oportet opari. s. mira-
culose opa eius q misit me. s. pñs. dōec dies est.
id est qdiu suz pñs. veniet nox. s. mort? et passio-
nis mee qñ nemo potest opari. s. miraculose. **E**t
post mortem xpi pñibus sanctorū et aplozū xps
faciebat miracula. **I**deo dauid. **C**onfitemi dño
dñoz. qm in secu. mise. eius. **N**ota quō xps cu-
rando illum cecū fuabat septē cerimonias **P**ri-
ma qz respexit eū attente. **S**cda fuit aplozū inter-
rogatio. **t**ertia xps expuit in terrā. **q**arta fecit lu-
tum ex spūto. **q**nta liniuit sup oculos ei?. **s**exta

misit ipm ad natatoria filoe. septima fuit lauato
i dicta natatoria. **Q**uare tot cerimonias et circū-
stantias voluit fuare cum solo impio potuisset
illū illuminare. sicut legi? de qdam ceco **L**u. x-
viiij. cui dixit xps. **Q**uid tibi vis faciam. respō-
dit cecus. **D**ñe vt videam. **D**ixit illi ihs **R**espi-
ce. et statim vidit. quare g in isto tenuit tot ceri-
monias? **D**ico q xps taliter voluit cecū illumi-
nare vt daret exemplū cuilibet peccatori ceco q
liter debet illuminari. **N**ota quō qlibz in pecca-
to mortali exñs est cecus. qz nō videt piculuz iu-
quo est cadendi subito in foueā inferni. **I**tez qz
mō cadit hic de peccato in pctm. vñ de peccato
ribus dicit ppha. **A**mblabūt vt ceci. qz dño pec-
cauerūt. **S**oph. j. **I**deo ad illuminandū pecca-
torē necessarie sunt pdicte cerimonie a xpo fua-
te in illuminatōe illius ceci. **P**rima vidit iesus
id est attente respexit. **E**cce hic peccatorum co-
gnitio que venit ex xpi aspectu. vt paruit in pe-
tro q in nocte passionis negauit xpm ter. nec co-
gnoscebat peccatū suū quousq; xps eū respexit
Lu. xxiiij. **C**onuersus iesus respexit petruz. et re-
cordatus est petrus xbi domi sicut dixerat. pñ
usq; gallus bis cantet ter me es negaturus. **E**t
egressus foris fleuit amare. **E**cce quō aspectus
xpi est necessarius ad cognitōz peccatorum. **I**o
petebat dauid. **R**espice in me et misere mei. qz
paup? et vnicus sum ego. ps. xxiiij. **N**o vnice? i.
solus a quo recessit deus q an peccatū fuit cum
eo. **S**cda circūstantia fuit aplozū interrogatio
Rabbi rē. **I**n quo ostēdit peccatoruz pntio q
non est nisi cordis interrogatio siue disputatio.
qñ peccator ex contritōe dicit intra se. **M**iser
qd feci. tot peccata cōmisi qd erit de aiā mea?
tot bona amisi rē. **N**ota h similitudinem de illo
mercatoze q in nundinis emit vasa de lauro p
auro. et oculos pisciū p margaritis p qb? dedit
totū qd habebat. **Q**ui oñdit merces suas ami-
cis suis. q dicebant quō fuisset deceptus. et q il-
lud nihil valebat. q nō desperauit. qz sperabat
de pñe suo diuite. s rephendebat se di. **M**iser
quare nō petebam pñiū. ita stulte feci factā mea
Sic sunt etiam multū hodie stulti mercatores in
mūdo q credunt emere vasa aurea. s. honores.
dignitates. que tm nihil valent. **I**tez delectatio-
nes carnales credūt esse margaritas. sed qñ illu-
minant a dño et vident se deceptos. tūc sperant
in xpo sicut in pñe diuite. **P**tz g quō pntio nō
est nisi qstio increpatia sui pñi? **I**o **J**ob. xiiij. in
psona pctōris dicit. **Q**uātas habeo iniquitates et
pctā. scelera mea atq; delicta ostēde mibi. **U**bi
ponit qtuor dñas pctōz. **P**ria iniquitas. i. nō eq-
tas q sunt pctā q fiūt p proxmū. et tm de? vult q si-
mus eqles in dilectōe. **S**cda est ibi. et pctā que
sunt de factis q fiunt p ppum corpus. vt luxu-
ria. gula. accidia. **I**o pctā dicunt quasi pecudū
acta. **T**ertia ibi. scelera q sunt crimina que fiunt

Feria quarta post ~~Deuli~~ Letar'e

directe s̄ deū vt blasphema. quarta ibi. ⁊ deli-
cta q̄ sunt de factis que sunt s̄ aiā. vt supbia.
auaricia. ira. inuidia. **I**do delicta q̄si derelicta.
qz his defectibus aīma misera derelinquit. **E**-
ce quare dicit quantas ⁊c. **T**ertia circūstantia
quare x̄ps expuit in terrā. **E**cce h̄ oris confessio
q̄ nō est nisi peccata abijcere ⁊ stomachū aīme a
peccatis purgare. ⁊ in hoc ostendit̄ modus con-
fitendi quō peccator d̄z dicere flexis genib⁹ corā
p̄fessore. ⁊ ibi expuere ⁊ p̄ijcere istas immūdi-
as de peccatis fetidis faciēdo sibi vim ad expel-
lendum peccata. **E**cce q̄re x̄ps expuit in terrā
Dic̄ s̄ illos q̄ expuunt sup altare q̄ apodiati cō-
fitem̄ ibi confessor cū sit iudex d̄z sedere. **Q**uidā
aut̄ expuunt nec in terra nec in altaria. s̄ i facies
cōfessoris ip̄m respiciendo. qd̄ maluz est p̄pter
duo. **P**rimo p̄pter verecundiā peccatorū. **S**e-
cūdo p̄pter piculū p̄fessoris respicientis i facie
pulchre m̄leris ⁊c. **I**deo d̄z peccatorib⁹. **S**i cō-
fiteamur peccata n̄ra fidel' ⁊ iustus est de⁹ vt re-
mittat nob̄ peccata n̄ra. ⁊ emūdet nos ab oī ini-
q̄tate. **J**oh̄. **J**. **Q**uarta fecit lutuz ex sputo. **E**-
ce hic p̄nie iniunctio. qz prudens p̄fessor d̄z mi-
scere sputum peccatoris cū terra. i. cōḡscere gra-
uitatem peccatorū. vt iuxta p̄ditōz ⁊ q̄litatez p̄-
sone ⁊ q̄titatez peccatorū sciat p̄porcionare pe-
nitentiā quā peccator posset facere. **P**eu. **xv**.
Pro mēsurā peccati d̄z esse plagarum modus.
Itē d̄z peccatorib⁹. **Q**uā gloriāuit se p̄ctōz et
in delictis fuit. tantum date illi tormentum ⁊ lu-
ctum. **A**po. **xv**. **Q**uinta liniuit oculos ei⁹. nō
dicit ponit s̄ liniuit. s̄ duplici. in quo oñd̄ du-
plex ammonitio quā d̄z facere p̄fessor. s̄ liniēdo
oculos aīe peccatoris ip̄m ad p̄niā inducēdo.
qz melius est h̄ facere p̄niā q̄ in alio mōdo. **I**do
d̄z dicere p̄fessor peccatori. **Q**uōd cūqz pōt manus
tua instans opare. qz nec rō nec scia nec pruden-
tia nec opus ē apud inferos **E**c̄s. **ix**. **S**exta est
Vade ⁊ lauare in natatoria siloe. **E**cce h̄ p̄nie af-
sumpte p̄tinuatio. s̄ de die in diē. de hebdomo-
da in hebdomadā ⁊c. quousqz muref sibi p̄ aliū
p̄fessorē. als̄ nisi p̄nia teneat̄ peccator damnat̄.
Ido d̄z. **I**n ptes vade seculi sc̄ti cū viuus ⁊ danti-
bus p̄fessionē deo. **N**ō demoreris in errore im-
piozū. an̄ mortē p̄fitere **A** mortuo q̄si nihil perit
p̄fessio. **C**onfiteberis viuēs viuus ⁊ sanus con-
fiteberis ⁊ laudab̄ deū ⁊ gloriācaberis in misera-
tionibus ei⁹. **E**c̄i. **xvii**. **S**eculi sc̄ti sūt p̄niales
ptes. seculi d̄nati sunt peccata. **S**eptia cerimo-
nia est. **A**bijt ⁊ lauit ⁊ vidit. **S**iloe interpretatur
missus. **E**cce h̄ eucharistie cōio. **E**x q̄ p̄ctōz fecit
sex opa p̄dicta d̄z ire ad natatoria siloe. i. ad ec-
clesiam x̄pi q̄ est missus a p̄re **I**do a x̄po misso d̄z
missa in q̄ lauans aīe ⁊ natat̄ p̄teplādo p̄fundita-
tem sac̄ri. **I**sto mōdo p̄ctōz cec⁹ illuminat̄. iuxta il-
lud. **J**. **R**e. **xj**. **V**idetes qz oculi mei illuminati sūt
de melle isto. s̄ de corpe x̄pi dulcissimo. **S**c̄s

p̄ctus euāgelij est de malitiosa impugnatōne.
Quoz impugnatōes seu examinatiōes fecerūt
iudei de illuminatōe ceci. **P**ria fuit vicinorum
sc̄da phariseoz. tertia fuit parentū. q̄ta fuit p̄n-
cipum. **Q**uantū ad p̄mu3 notandū qz postq̄ vi-
cini viderūt ip̄m q̄ fuerat cec⁹ venientē sine du-
ctore ⁊ sine baculo ⁊ qz videbat clare. dixerūt ad
inuicem. **N**onne h̄ est q̄ sedebat ⁊ mendicabat?
Alij dicebāt qz h̄ est. alij qz nō. s̄ simil' ei est. **I**p̄-
se aut̄ dicebat. qz ego sum ⁊c. **Q**uantū ad secun-
dum q̄ fuit phariseozū. qui auditō facto inter-
rogauerūt ip̄m quō vidisset. q̄ narravit eis totū
modū di. **I**lle h̄ q̄ d̄z iesus fecit lutum ex sputo
⁊ vnxit oculos meos ⁊ dixit michi. vade ad na-
tatoria siloe ⁊ laua. ⁊ abijt ⁊ laui ⁊ vidi **N**ō duxerūt
eum ad phariseos. erat autem sabbatum q̄-
bus dixit s̄tr. **T**ūc pharisei dixerūt de x̄po **N**ō
est hic h̄ a deo. qz sabbatū nō custodit. **A**lij di-
cebāt. quō pōt h̄ peccator hec siḡ facere. ⁊ sc̄s
ma erat inter eos. **T**ertia examinatio fuit parē-
tum q̄bus dixerūt pharisei. **E**st h̄ filius v̄r quē
dicitis qz cecus est natus. quomō ḡ nūc videt?
Qui respōderūt. scim⁹ qz h̄ est filius n̄r. ⁊ qz ce-
cus natus est. quō aut̄ videat nescim⁹. ip̄m in-
rogate etatē h̄z ip̄e de se loq̄t̄ **H**oc aut̄ dicebant
qz timebant iudeos. qz p̄ntes p̄pter sententiaz
excōmunicatōis quā posuerūt iudei nō fuerunt
ausi dicere q̄s euz illuminauerat. ⁊ fuit comple-
tum signū qd̄ dederat. **E**sa. **xxxv**. **V**eniet deus
⁊ tunc aperient̄ oculi cecozū. **Q**uarta impugna-
tio fuit p̄ncipum legis ad quos fuit duct⁹ cecus
illuminatus. **Q**ui dixerunt sibi. **V**a glām deo.
id est nō dicas qz ille h̄ te illuminauit. qz p̄ctōz ē
Qui r̄ndit. si p̄ctōz est nescio. vnū scio qz cū cec⁹
essem video. **D**ixerunt ḡ. qd̄ fecit? **R**ndit. dixi
vob̄ ⁊c. nunqd̄ vultis discipuli ei⁹ fieri. maledi-
xerūt ei ⁊ dixerūt. **T**u discipulus ei⁹ sis. nos at̄
moysi. nescimus vn̄ sit. **Q**uib⁹ ille. **I**n hoc mi-
rabile est qz nescitis vn̄ sit ⁊ apuit oculos meos
Scim⁹ qz peccatores de⁹ nō exaudit. s̄ si quis
dei cultoz est ⁊ voluntatē eius facit hunc exau-
dit. **R**esponderūt. in peccatis natus es totus. ⁊
tu doces nos. ⁊ elecerūt eū foras excōicando ip̄-
sum. **H**ic cecus illuminatus fuit sanct⁹ h̄ voca-
tus sanct⁹ **C**elidonius. q̄ cuz maria magdalena
martha ⁊ lazaro venit ad puñciā marsilie ⁊c.
Mozalr̄ hic cec⁹ a x̄po illuminat⁹ significat pec-
catorem a x̄po illuminatū reducēdo ip̄m p̄ peni-
tentiā de tenebris p̄ctōz ad claritatē ⁊ lumē ḡ-
tie. **Q**ui impuḡt ⁊ examiat̄ a q̄tuoz. **P**rio a vi-
cinis. **D**ic̄ qn̄ religiosus l' sacerdos v̄r siue mu-
lier p̄uertit̄ ad deū. statim vicini ⁊ alij ip̄m ipu-
gnant truffādo deridēdo. intantū qz iā cōpletū
est dictū ip̄ius dauid. **F**acti sum⁹ op̄probriū vici-
nis n̄ris. ps̄. **lxxviiij**. **S**ūt iā multi q̄ isto tpe non
audēt incipere bonā vitā. q̄bus dicit x̄ps p̄solādo
Beati eritis cū vos oderint hoies. **M**atth. **v**.

Sermo

Scdo impugnat a phariseis. i. ab inclinationibus carnis q̄ diuidunt nos a deo. **Gal. v.** Caro concupiscit aduersus spiritum vel a phariseis. i. a demonibus q̄ sunt diuisi a deo a paradiso a nobis q̄ nos impugnat temptando modo de fide modo de auaricia luxuria etc. vt retrahat hoies a bona vita incepta. sed peccator debet se fortiter tenere et gaudeter recipe tales teptationes **Jac. j.** Omne gaudium existimate fr̄es mei cum in teptationes varias incideritis sciētes q̄ p̄batio fidei v̄re patietiam opatur. patietia aut̄ op̄ p̄fectuz habet vt sitis p̄fecti et integri in nullo deficientes. **Greg.** **I**los temptare negligit q̄s quieto iure se possidere sentit. **Aug.** **N**oli existimare te absq̄ teptatione viuere. **N**ā si vna carueris alia expecta. **S**i aut̄ dixeris te nō habere teptationē tūc forti teptaris. **T**ertia teptatio a parentibus. i. ab infirmitatibus doloribus etc. q̄s habem⁹ a parentibus nostris. s. adam et eua. qz qm̄ hō non vincit derisionibus teptationibus demonū. post veniunt infirmitates dolores et h̄mōi q̄bus compellimur ire ad deū. **I**do dauid **M**ultiplicate sūt infirmitates eorū postea accelerauerūt. s. ire ad deū. **p̄s.** **xij.** vnde **Greg.** **M**ala q̄ nos h̄ p̄mūt ad deū ire cōpellūt. **ij. Cor.** **xij.** libenter gl̄abor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me x̄tus xp̄i **Q**uarta impugnatō ē a p̄ncipibus. i. a dñis tpallibus q̄ volunt bona habere tpalia deuotaz p̄sonaz **P**rima impugnatō tangit famā dicēdo hypocrita etc. sc̄da tangit aiām. tertia corpus. quarta bona tpalia. qz qm̄ p̄sona vult bene viuere et seruire deo: statim veniūt q̄stiones litigia p̄ bona q̄sq̄ cōpellitur ab eis. **I**do ē necessaria patientia. **ij. Timot.** **ij.** Omnes q̄ pie volunt viuere in xp̄o: p̄secutionē patient. **U**el dic q̄ q̄rta impugnatō est a p̄ncipibus. i. demonibus q̄ temptant etc. **I**do ap̄lus **Eph.** **vlt.** **C**onfortamini in dño et in potentia virtutis ei⁹ induite armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli qm̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnes et sanguinem. s. aduersus p̄ncipes et ptates etc. **T**ertius punct⁹ est de approbatione miraculi gratiosa. de qua dicit thema. p̄cidens adorauit eū. **P**ost q̄ aut̄ p̄dictus cecus illuminat⁹ fuit a iudeis elect⁹ et excōicatus. nullus audebat eū recipe in domo nec etiam parētes. nec loqui euz ip̄o. nec dare sibi lumen. nec aliud. qui intra se dixit. **M**iser si possem inuenire illū sanctū p̄phetā is̄m qui me illuminauit: ad min⁹ essem de societate sua. x̄ps aut̄ sciens suā tribulationē: et suū bonum desiderium. venit obuiā ei. dicēs: **Tu credis in filiū dei. Qui r̄ndit dicēs: Quis est dñe vt credā in eū: dixit ei is̄s. et vidisti eū et qui loquit tecum ip̄e est. At ille: Credo dñe. et p̄cidēs adorauit eū. Quē x̄ps recepit in suā societate. qui potuit dicē euz dauid **P**ater meus et mater mea dereliquerunt me. dñs aut̄ assumpsit me. **A**boraliter habem⁹**

hic doctrinā q̄ sicut iste non dubitauit recedere ab infidelibus vt eēt de societate xp̄i. sic nec nos. **N**ota h̄ p̄tra mercatores q̄ faciūt facietatē cū in fidelibus p̄tra quos dicit sc̄ptura sancta **N**olite iugū. i. societate ducere cū infidelibus. **ij. Cor.** **vj** **Q**uestio quā faciūt hic agareni. quia ip̄i tenēt et possident terrā sanctā. ideo nō sūt extirpandi etc. **R**isio. verū est: qz de⁹ vult q̄ illa terra potius possideat̄ ab agarenis q̄ a xp̄ianis. **R**ō. ad maiorem p̄fusionē agarenorū et excusationem xp̄ianorū. qz antiq̄tus agareni erāt xp̄iani q̄ fuerunt decepti a sergio et machameto: q̄ tenēt q̄ x̄ps nō fuit deus. et qm̄ xp̄iani ex deuotione vadūt illuc ip̄i ostēdunt xp̄ianis locū in quo x̄ps illuminauit cecū. suscitauit mortuū etc. q̄ q̄dē miracula non p̄nt fieri nisi a solo deo. **I**te dicūt q̄ nō debēt baptisari in noie trinitatis. tñ ibi ostēdūt locū vbi x̄ps fuit baptisatus. et tota trinitas fuit ostensa quā ip̄i negāt. **I**tem nō credūt sacramentū altaris tñ ibi ostēdūt locū vbi x̄ps fecit cenaz. et instituit h̄ sacramētū. **I**te non credūt xp̄m passuz fuisse. mortuū nec sepultū. tñ ip̄i ostēdūt xp̄ianis locū passionis. mortis. et sanctuz sepulcrum ad eorū cōfusionē. qz ostēdunt qd̄ ip̄i nō credūt **I**do dicit dauid in p̄sona p̄li xp̄iani. **F**ac me cū signū in bonuz v̄uideam q̄ me oderūt. s. agarene et p̄fandant etc. **S**cdo agarem tenēt illam patriā ad excusationē xp̄ianorū. **Q**m̄ null⁹ potest se excusare de peccatis. **Ecc̄s.** **vij.** **N**ō est hō iustus sup̄ terrā q̄ faciat bonū et nō peccet **E**t christus nō vult q̄ xp̄iani faciāt peccata mala in illa sancta tra. **S**i dicat̄: q̄re ergo sustinet q̄ agareni faciāt ibi peccata. **R**isio. qz nō tñ sibi displicet sicut de xp̄ianis. sicut rex q̄ sustinet q̄ canes in camera sua faciāt aliquā imundiciā qd̄ nō sustineret de filiis vel militibus. **S**ic illa terra facta ē camera dei vbi p̄mittit q̄ canes faciāt imundicias pctōz. s. nō p̄mittit de filiis. s. xp̄ianis. vñ illa tota patria fuit tā xp̄ianorū. s. qz ibi faciebāt peccata. **I**do dixit de⁹. foras foras. **I**tem dixit x̄ps **Luc.** **xxj.** **H**ierlm̄ calcabit̄ a gentibus **T**ertio agareni tenēt illam terrā ad p̄solationē christianorū: qm̄ per hoc innuit q̄ illa patria non ē finis xp̄ianorū sicut fuit iudeorū. **S**z patria celestis est finis christianorū nobis acq̄sita merito passionis xp̄i. **I**do ap̄lus **heb.** **vj.** **N**ō habem⁹ hic manentē ciuitatē. sed futurā inq̄rimus. **A**d quā nos p̄ducatur ih̄s.

Seria q̄nta post letare sermo.

Deus visitauit plebem suaz. **Luc.** **vij.** **S**ermo erit de sac̄to euangelio. et habebimus multas bonas doctrinas etc. **S**z p̄mo salutē v̄go maria. **D**e⁹ visitauit etc. **I**n p̄nti s̄mone volo s̄uare modū iuristarum q̄ p̄mo ponunt casuz legis. **D**einde mouēt q̄stiones et faciūt determinatiōes. **E**t h̄c modū

Q̄re tra sancta ab agarenis posside et nō a xp̄ianis